

stra et remedio peccatorum nostrorum titulo donationis irrevocabilis inter vivos unam domum nostram sitam in Civitate Baroli in pictagio Sancte Marie iuxta viam a medio pariete iuxta domum Simiacte petraroli. a medio transende iuxta domum dicte Ecclesie et a medio pariete iuxta domum peregrine venditricis. Reservatis nobis habitationem in dicta domo et usufructu donec vixerimus, petentes a clericis missas et orationes ad Iesum christum *etc.* Guadium quoque dedimus *etc.* obligavimus omnia bona nostra *etc.* Contra que si fecerimus componamus dicte Ecclesie pene nomine Unciarum auri quatuor *etc.* Quod scripsi ego Magister Spina qui interfui et signo meo consueto signavi. (*Segue il segno*).

† Iohannes de Cantore q. s. Iudex. (*Segno*).

† Ego Simon de odino testur. (*sic*).

† Nicolaus de prothomagistro testatur.

† Carellus Nicolai de prothomagistro. Testatur.

N. 130.

A. D. 1307

(12 giugno, Inoz. V).

<i>Provenienza</i>	Cattedrale. (<i>Olim S. Lucia</i>).
<i>Data di luogo</i>	Barletta.
<i>Rogatorio</i>	<i>Iohannes de prothomagistro not.</i>
<i>Descrizione</i>	Taglio rettangolare: alt. 0,23, larg. 0,18.
<i>Scrittura</i>	Gotica.
<i>Contenuto</i>	<i>Nicolaus et Thomasius filii qd. Gualterii de Alexandro,</i> rinunziano alla eredità paterna, vedendo che potrebbe esser loro dannosa.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† Anno ab Incarnacione domini nostri Iesu christi Millesimo Trecentesimo Septimo Regnante domino nostro Karolo secundo dei gratia Magnifico Rege Ierusalem Sicilie ducatus Apulie et principatus Capue provincie et forcalqueri ac pedimontis Regnorum suorum anno Vicesimo tercio Mense Iunii die duodecimo eiusdem Quinte Indictionis Apud Barolum. Nos Bartholomeus de Sire Marino